



Specimen juris publici sistens quaedam de historia et theoria mandati in regiminis forma repraesentativa

<https://hdl.handle.net/1874/324465>



Doctrina Miscell.


Quarto. n°. 192.


RIJKSUNIVERSITEIT TE UTRECHT




2449 446 4

1. Huydecoper, Maarsseveen, J. De historia et theoria mandati in regiminiis forma representativa.
2. Tex. C. J. A. den. De causis criminum.
3. Roelink, B. C. Quæstiones ex jure hereditario desumptæ.
4. Walchren, S. J. A. van. Quæstiones juris civilis et criminalis.
5. Dyk, L. C. D. van. Spec. continens historiam inquisitionis in delicta.
6. Fromberg, P. F. H. De connexione inter plantarum ritam et partes constitutentes.
7. Andel, C. van Es van den. De endo. candidide acuta.
8. Gambonnet, F. L. De iis, quæ recentiori aetate circa decimorum abrogationem acta sunt.
9. Raspard, H. A. van. De excusatione testimonium dicendi in judiciis eorum, qui propter manus profissionem vel legitimam necessitudinem arcanorum sunt ~~depositarii~~ depositarii.
10. Verbeek, P. J. G. De fide in causa criminali testibus qui dicuntur famosis, habenda.







SPECIMEN JURIS PUBLICI

SISTENS QUAEDAM DE

HISTORIA ET THEORIA MANDATI IN
REGIMINIS FORMA REPRAESEN-
TATIVA.

SPECIMEN JURIS PUBLICI
SISTENS QUAEDAM DE
**HISTORIA ET THEORIA MANDATI IN
REGIMINIS FORMA REPRAESEN-
TATIVA,**
QUOD
FAVENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI
BERNARDI FRANCISCI SUERMAN,
MED. DOCT. ET PROF. ORD.
NEC NON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU
ET
NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,
PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN
JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
IN ACADEMIA RHENO - TRAIECTINA
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
JOANNES HUYDECOPER VAN MAARSSEVEEN,
AMSTELODAMENSIS.
DIE III M. MAJI A. MDCCXLVII, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,
APUD KEMINK ET FILIUM, TYPOGR.

MDCCXLVII.



10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

PARENTIBUS OPTIMIS
CARISSIMIS

SACRUM.

PLATINUM
CASSIUM

Platinum et cassiun sunt metallorum quae
in natura non possunt separari a se
sunt enim in aliis metallis intermixtae
et in aliis metallis intermixtae sunt
admixtae. Et sicut in aliis metallis
intermixtae sunt admixtae in aliis
metallis intermixtae sunt intermixtae.
Et sicut in aliis metallis intermixtae
sunt intermixtae in aliis metallis
intermixtae sunt intermixtae.

PRAEFATIO.

Cum mihi Academiae mox valedicturo, non parvam utilitatem afferre videretur accuratior nonnullorum argumentorum investigatio, consilium cepi quarumdam quaestionum explicandarum. Inter illas primo loco materiam ex Jure nostro Publico, a Viro Clar. VREED mihi oblatam, tractandam sumsi, theoriam mandati in Regiminis forma Repraesentativa, in qua elaboranda in tam latam disquisitionem incidi, ut jam fines solitos quaestio- nis transgressus esse viderer.

Sic factum ut, cum non mihi liberet aliud argumentum eodem modo elaborare, coactus sim, mutato proposito, hancce disquisitionem in speciminis formam redigere.

Lectorem benevolum (si ullum libellus invenerit) etiam atque etiam rogo, ne nimia severitate utatur memorque sit me juvenem juvenilia dedisse.

Et nunc me ad te converto, Pater optime! Vereor ut verba invenire possim ad animi mei sensus exprimendos. Scio autem, iis non opus esse, ad te certiorem reddendum, me te diligere et maximopere venerari; mihi tamen revera magna voluptas est hocce temporis momento, quo nova vitae periodus mihi aperitur, gratum tibi meum animum testari, pro paterna sollicitudine et cura, quibus me, ab uxore carissima, matre mea optima adjutus, inde a teneris amplexus es, quibus studia mea direxisti, virtutis viam mihi monstrare non desiisti. Nunc, quum jamjam vitae civili inmiscere me coactus et vires non solummodo in meam ipsius sed et aliorum utilitatem intendendas vocatus ero, quantopere majori tua prudentia et experientia, quae hucusque mihi tanto fuerunt praesidio, indigeam, nunc tandem melius persentio. Ne igitur eas mihi deneges, oro, precor.

Deus O. M. te et Matrem dilectissimam incolumes et felices praestet per longam annorum seriem.

Sed et plurimum me tibi debere, Vir Con-

sultissime DE RAADT, quem praeceptorem optimum, amicum integerrimum habere mihi contigit, hic pronunciare volo. Tu per septem fere annos, optimis ad bene vivendum praeceptis, et verae humanitatis sensu me imbuere studuisti. Quare si unquam quid boni praestare mihi licuerit, id sine dubio, magnam partem salutari tuae institutioni tribuendum erit.

Utinam nunquam hujus immemor inveniar. Sit vita tibi prospera et quoad fieri possit felix. Sis, quaeso, juveni et viro amicus, qualis puero et adolescenti fuisti.

Lubenter etiam hancce opportunitatem arripio, ut tibi, Vir Clarissime VREEDE, promotori aestumatissimo, gratum significem animum, pro singulari benevolentia qua me, quoties te adirem, excipere, ubi errassem, monere, quae minus clara mihi apparerent, explicare voluisti. Horum de me meritorum caram mihi gratamque semper futuram esse memoriam, persuasum tibi habeas.

Neque Vos, Clarissimi DE BRUEYS, HOLTIUS et ACKERSDYCK, viri spectatissimi, silentio praetermittere sineret egregiae institutionis recordatio, quae quantum utilitatis et delectationis mihi adulterit, non satis effari possum.

Et quid vobis dicam, quos amicos conjunctissimos integerrimos in hacce Academia

*habere mihi licuit! Quam tristis mihi sit
necessitas vobis valedicendi, verbis reddere
non possum.*

*At si dura sors consuetudine vestra nunc
jam me privat, amicitiam vestram mihi au-
ferre numquam valebit.*

*Gratum et jucundum usque ad vitae fi-
nem mihi erit, dulcissimas recordari horas,
quas vobiscum, in diversis collegiis, vel in
Utile Dulci, vel in eo, cui symbolum Themis,
vel in Senatu Veteranorum peregi. Nec Vos,
qui mihi, quamvis nullius collegii sodalitate,
amicitiae tamen non minus arctiore vinculo
cari estis, me restram memoriam amissurum,
vel amicitiam minoris facturum credatis.
Vivite omnes felices — Valete.*

SPECIMINIS CONSPECTUS.

De Ordinibus Gelriae.	p. 2—9.
De Ordinibus Frisiae.	» 9—15.
De Ordinibus Hollandiae.	» 15—27.
De auctoritate Collegiorum municipalium. . .	» 27—32.
De mandatis eorumque abusu.	» 33—38.
De Slingelandii Idsingae Luzacii querelis. .	» 39—43.
De mandati theoria ex recentiorum politico- rum sententia. : : : : :	» 44—52.
De Legibus Imp. in patria nostra inde ab anno 1795 promulgatis, deque necessitudine quae Jure Publ. novissimo, inter committentes et delegatum intercedit.	» 52—63.

Inter argumenta Juris Publici digna, quae accuratius examinentur, censendum mihi videtur vinculum, quo in regiminis forma repraesentativa, quae dicitur, delegati et committentes tenentur.

Hoc vinculum quum et electione, et tempore definito ad quod fit electio, et mandato constet, ultimum sumsi, de quo, praecipue ratione habita status antiqui patriae nostrae, paula animadver- tenda viderentur.

Cum vero longius foret atque hujus disquisi-
tionis fini minime congrueret, Ordinum, tam
Generalium, quam diversarum provinciarum hi-
storias enarrare, mihi proposui, tum quarundam
illarum, nempe Gelriac, Frisiac, Hollandiae, tum
Generalium Ordinum incrementa, breviter memo-
rare et in naturam potestatis illorum Collegio-
rum inquirere.

Non igitur continuam historiarum seriem nec-
tere volui, sed solummodo ea referre facta

institutaque, quae momentum aliquod in Ordinum Collegia exercuerint. Et jam statim nobis fontes insipientibus apparet, Ordines diversarum civitatum longe antiquiores quam Generales habere origines. — Prima mentio Ordinum fit sub comitibus, non vero constat de omnibus, quoniam modo illis temporibus eligerentur, nec quidquam certius de eorum legitima auctoritate dici potest.

Satis probabilis videtur explicatio, Ordines initio fuisse cives, genere aut munerum dignitate atque splendore caeteris praececellentes, qui quoties comes precariam faceret, convenienter atque deliberationes instituerent, num pecunia rogata principi concedi posset nec ne. Nunquam igitur comes proprio Marte pecuniam exigebat.

Sed nunc de singulis videamus.

Quod ad Gelriam adtinet, legimus jam Saeculo XIII ejus duces praeter consilium, quod iis semper a latere stabat, nobiles interdum consultasse, quod tamen pro lubitu facere vel omittere solebant, ita ut maximam libertatem legum ferendarum habuerint. — Domaniorum autem redditibus, haud raro magnis ducum impensis non sufficientibus, precarias facere ditioribus ex subditis instituerunt. Hi subditi fere semper pro concedenda pecunia aliqua jura sibi exigebant, quo sensim sensimque factum esse, ut eorum potentia creverit, facile intelligitur. Non qui-

dem jus legum ferendarum, vel imperandi principi adimere, verum tantum consultari volebant¹⁾; et hoc ita impetrarunt, ut in multis negotiis eorum sententia non levem vim obtineret. Illi vero cives ditiores nulli alii erant, quam nobiles, quorum plurimi magnos fundos possidebant.

Eadem precariae origo fuerunt auctoritatis urbium; nam eodem modo quo nobiles, sic et urbes pro concedenda pecunia privilegia petere solebant.

Anno 1316 tantopere jam urbis Noviomagi creverat potentia, ut se ducis Reinaldi imperio subtrahere auderet, quod exemplum brevi post quatuor aliae secutae sunt.

Aliquot annis post, nempe a. 1343, mortuo Reinaldo, urbes inter se convenerunt de filio Reinaldi duce agnoscendo, a quo, a. 1347, urbs principalis cujusque tetrarchiae jus obtinuit, ut ejus magistratus in principis consilio sederent.

Anno 1407 prima locum habuit nobilium urbiumque convocatio ad deliberandum de civitatis Gelricae commodis, et anno 1418 nobiles et urbes pacto se obstrinxerunt ad illum tantum principem agnoscendum, qui a majori nobilium

1) Cf. G. A. de Meester. De Staten van Gelderland onder het licht der geschiedenis. Nederl. Jaarb. v. Regtsgel. en Wetgev. 1846. t. VIII. p. 254.

urbiumque minorum, a toto autem urbium majorum numero electus fuisset, — tum ad prohibendum quominus imperium divideretur, — tandem ad conveniendum seseque principi opponendum, quoties ille unius alteriusve urbis privilegiis contrarium quid statuisset. Hoc pacto, a duce ratihabito, magnopere constitutio civitatis mutata est, quippe quam, si parvis liceat magna comparare, a monarchia absoluta in limitatam s. constitutionalem transformatam dicemus.

Ordo equitum illo tempore in quinque classes divisus erat, quam divisionem verbis cons. de Meester referam¹⁾.

«Vooreerst Baanderheeren. Ten tweede de Heeren van hooge heerlijkheden, meestal den titel van Baron voerende; zij hadden regt over leven en dood. Ten derde Ridders. Ten vierde de ministeriales en schildknapen, vroeger opgeroepten. Ten vijfde de ministeriales en schildknapen, wier voorouders nimmer op de landdagen verschenen waren (homines novi).”

Porro duo genera erant conventuum, conventus Ordinum (Landdagen), totius regionis comoda spectantes, et conventus tetrarchiarum (Kwartierdagen).

¹⁾ l. l. p. 415.

Ad generales illos, usque ad annum 1543, quo Carolus V. imperio hujus regionis potitus est, urbes minores non vocabantur, nisi quum de re pecuniaria vel de principe assumendo agi deberet¹⁾.

Sub Reinaldi III. imperio Ordinum auctoritas magis magisque crevit, ad quod pacta, quae cum nobilibus urbibusque pangere coactus fuit, non parum attulerunt.

Carolo Audaci Burgundiae Duce imperante, nulla fere erat Ordinum potestas; hic enim princeps omnia pro arbitrio jubebat. Ita v. c. scripsit urbi Wageningen: «Want het is onze wil dat gjij deze schatting zult betalen.”

Nec multo plus, gubernaculum civitatis tenuente Maximiliano, quem a. 1484 tamquam dominum agnoscere coacti fuerant Ordines, eorum auctoritas valuisse videtur.

Circa illud tempus, aucta quoque in Gelria libertate municipali, cives magis rerum administrationi se immiscere coeperunt. Ita v. c. magistratus Harderoviceni concedere coacti fuerunt, ut 24 viri a civibus eligerentur, qui rursus 4 aerarii administratores (rentmeesters) constituerent, quorum suffragium in rebus maximi momenti rogari debebat²⁾. Nec improbabile est, institutionem Gildarum, quae in hacce regione illo fere

¹⁾ Cf. de Meester, p. 413.

²⁾ Cf. de Mecster, p. 575 et 576.

tempore obtinuit, partim esse tribuendam studio civium regimen publicum in dies magis participandi.

Quantum Ordines sub Carolo Adolphi filio valuerint, ex eo efficere licet, quod eum regno se abdicare et successorem, regem Franciae, subditis obtrudere volentem, ab eo proposito desistere coegerint, ipsique a. 1539 Guilielmum Juliacensem elegerint.

Sub hoc principe quidam ex Ordinibus committi coeperunt ad multa negotia peragenda, quae non facile differri possent.

Carolo V. et Philippo III. imperantibus, saepius Ordines convenerunt, ut vel de precariis principis, vel de aliis rebus gravioris momenti, regionis commoda spectantibus, deliberarent. Ab adventu ducis Albae usque ad an. 1570 nulli fere conventus Ordinum habiti sunt.

Anno 1578 Joannes Nassavius, Provinciae Gubernator electus, Ordines convocavit ad agendum de variis iisque gravissimis rebus, — inter alia de ineunda unione cum ceteris regionibus, qua autem de re, ut de plurimis aliis nulla decisio capi potuit, siquidem delegati non muniti erant mandatis satis extensis.

Eodem modo, biennio ante, idem locum habuisse patet e relatis a Bondamo ¹⁾.

¹⁾ Onuitgeg. Stukk., I. p. 165.

« De gedeputeerden der Cleyne Steden segende , om de union te beteickenen geen speciael commissie te hebben , is verafscheit , dat sy met oer Principalen spreken sullen dergestalt , dat inwendich 8 dagen , by jeder van de cleyne steden , twee herwaerts afgevaerdicht sullen worden , met speciale volmacht om de union met oere handen te onderteickenen.”

Videmus igitur , ex principiis Juris Publici , quod medio aevo invaluerat , delegatos sive municipales sive provinciales proprii mandatarios fuisse.

Hujus rei plura documenta inveniuntur apud eundem auctorem , quorum unum alterumve attulisse juvabit. Ita v. c. refert mandatum delegatorum tetrarchiae Velaviae , anni 1576 ¹⁾ sic fere se habens : « Wy Ritterschappen van Veluwen ende Veluwen-Zoom , Burgermeesteren , Schepenen ende Raet der stadt Arnhem , sampt Gesanten der cleine steden , des quartiers van Arnhem —— doen condt , en tuygen met dezen openen brieve voor jeder manlichen , dat wy —— deputiert , constitueert , ende machtich gemaect

¹⁾ Volmagt des Quartiers van Veluwe aan twee Gemagttigen , om , nevens die der andere Quartieren eenparig zig te Brussel met de Staten der andere Gewesten te vereenigen , en middelen te beraamen tot de algemeene Pacificatie deezer Landen. Cf. Bondam , Onuitg. Stukk. , I. p. 27 seq.

hebben, — den Erentfesten, — te communiceren op wegen ende middelen, daer met men tot den Vrede solde mogen geraken — voorts allet hier in nae eisch ende gelegenheit der saken te doen ende laten, des wy Constituenten samptlic tegenwoordich zynde, sollen connen oder mogen doen. Gelovende, wes sy Deputierde volmachtigen hier in alsus, wie voorsz., doen, oder laten werden, vast, stanthaftich, ende onverbrekelyc van wearden te halden, met dem voorbehalt ende toegedaechde bescheit, dat dese oere Gedeputierden comparitie niet gereiken en sal tot prejuditie ende naedel deses Landts vryheit, privilegien, ende oldt hercomen ende gebruyc.”

In alio mandato, Ordinum Gelriae et Zutphaniae 12 Nov. a. 1576 legimus, inter alia. «Wy verordente der Banner-heren Ritterschap, ende Gesanten der Hooft ende cleyne steden — committeren mits desen, de Edelen cet. — te adviseren, ordineren, ende resolveren, sulcx als sy bevinden 't selfde te behooren der Ridderschap het nutz, ende oorbaerliest te zyn.” cet.¹⁾.

1) Commissie en Volmagt, door de Staten van Gelderland en Zutphen aan eenige Gedeputeerden gegeven om den Stadhouder met hunne raadgeeving te ondersteuen. Cf. Bondam, I.I. p. 104. Vid. etiam p. 141. 166. 298.

Satis lata igitur tunc temporis erant delegatorum mandata. Libera autem Republica Belgii Foederati, quod omnino conveniebat genio regiminis aristocratici, magis magisque ea fuisse restricta et coarctata, efficere licet ex relatis a Petro Paulo ¹⁾.

Nunc jam videamus de Frisia.

Illiis regionis comitia antiquissimam habere originem, extra dubium est. Apud historicum quendam ²⁾ memoratum invenimus, anno 1312 praelatos et nobiles decreuisse: «dat men alle jaar des dingsdaags in Pinxteren alle de VII Freeslande, tho dem Upstalboom bij Aurick schulden tho samende kamen, dat van se alle belevet was.” Iterumque paulo post ³⁾. Anno 1313 «is eene versamelinge der gemeene Freesen tusschen de Weser und Lauersche by den Upstalboom tho de gemeene besten in Oostfreesland geschenen.”

In illis conventibus annuis, a^o. 1323 memorabiles leges Upstalbomicae ⁴⁾, et a^o. 1327 statuta

¹⁾ Verklaring der unie, t. III. p. 92—130. Geldersche Instructie, 17 Oct. 1750.

²⁾ Cf. E. Beninga, Hist. van Oost-Vrieslandt, p. 141.

³⁾ Cf. W. F. Schratzenbach a Burmania *de Jure Comitiorum Frisicorum* p. 68. (Franeq. 1751).

⁴⁾ Beucker Andreæ, p. 114. (*de origine Juris municipi; Frisici*).

Appingadammensia (de Buerbrief van Appingedam) condita sunt.

Non autem nisi diu post, certi quid de comitiis statutum invenimus, scil. in M. S. Chronico Petri Thaboritiae¹⁾, qui refert Frisos cum Groniganis, decennale foedus a. 1477 iniisse in quo inter alia:

Voort soe sullen ende willen voorschrevene Landen en Steeden jaarlyks des dingsdaags na Sacramenti eenen vriendelyken dag te saamen holden, des eenen jaars te Groningen en des anderen jaers tot Leeuwarden. Op welken dag coemen sullen op elke zyde vyf Volmächtige persoenen van de Landen ende Steeden voorschreven, mit een yegelijk overman, den die wyse van Groningen, als die dag toe Leeuwarden sal weezen, kiesen sul- ten by haare conscientie uit Oostergoe en Westergoe. cet.

Anno 1539 constitutum est jus suffragandi, quod hucusque ad omnes incolas pertinuerat, in futurum solos habituros bonorum tributariorum proprietarios (Eigenaars en gebruikers van schotschietende goederen). Hoc jus quod olim constabat in electione Pastorum Ecclesiarum, postea

¹⁾ De hoc Chronico a V. V. D. D. Visser et Amersfoordt edito, cf. Ampl. de Wind, *Biblioth. d. Nederl. Geschiedschr.* I. 120 sqq.

ad alias res, et praesertim ad electionem delegatorum ad comitia extensem est ¹⁾.

Ita etiam sub comite Philippo II. mos, quo omnes nobiles et fundorum possessores comitia adibant, ita mutatum est ut ex quaque Grietenia duo delegati mitterentur. Hoc docemur ex Epistola principis Wilhelmi IV. ad Ord. Fris. d. 10 Decemb. 1749 cujus verba: « Onder het laetste van de Regeeringe van Philips de tweede, heeft men opgehouden uit eigen qualiteit ten Landsdage te compareren, maar is begonnen soo wel uit den Adelyken als Eigenerden stand de vergaederinge uit *twee Volmagten van ieder Grietinye* te formeren, wanneer de Eygenaars procuratien hebben beginnen te geven, of aan de bewoners van haare plaatsen, onder de naam van Meyers doorgaans bekendt, of aan Dorpregters of Procureurs, om Volmagten ten Landsdage te stemmen”, etc.

Causa hujus mutationis non in obscuro latet. Philippus summum imperium affectabat, nec sine periculo se quis illius voluntati opposuisset; malebant igitur nobiles et bonorum proprietarii, tamquam delegati, comitia adire, vel alios suo nomine mittere, quam ipsi jure suo uti et comitiis interesse ²⁾.

¹⁾ Cf. E. v. Sytzama, *de Jure Suffragandi in Frisia*, p. 9.

²⁾ Schr. a Burm. p. 92 seq.

Sed praeter hoc alia , illo comite regnante , circa comitia mutata sunt . Sic . v . c . jus Ordines convocandi primum quidem ab iis obtinuisse videtur Philippus , postea vero illo jure ita abusus , ut semel iterumque eorum conventus prohibuerit ¹⁾ .

Sub eodem institutum est , ut : *quo expeditiora illic omnia essent in consiliis capiundis , domi prius praeconsultationes instituerentur , eumque in finem Minores Conventus haberentur seorsim in singulis Frisiae partibus , seu populis , in quos tota gens est divisa ; iis in conventibus commoda incommodaque ad rempublicam pertinentia cognoscerentur ; de que iis sententiae audirentur omnium , consiliaque caperentur* ²⁾ .

Ex quo loco patet , delegatos ad Ordines plane a voluntate et sententia committentium pependisse .

Contrarium autem ejus , quod in Gelria observavimus , in Frisia obtinuit . Scilicet post annum 1640 , mandata legatorum latissime facta esse , ita ut ad Delegantes *de rebus propositis referre non cogerentur nec eorum acta retractari possent* , ab Ulrico Hubero ³⁾ docemur , cuius

¹⁾ Cf. v. Meteren , lib. II. fol. 44 col. 1 et f. 47 col. 1 in fin.

²⁾ Cf. Emmius Histor. lib. XIII. p. 192.

³⁾ De Jure Civitatis , Lib. I. cap. 37, p. 284.

viri doctissimi verba referre lubet, « — manifestum est,” inquit, « singulos optimates, nec omnes nec singulos prius aut post annum teneri suis delegantibus, ad rationem reddendam ejus, quod a se dictum factumve fuerit, in Republica juxta alios regendā; multo minus, eos idcirco poenae vel animadversioni Delegantium esse obnoxios”. cet. — et paulo post etsi « codicilli potestatis legatorum, *procurationes* et ipsi vernacula voce appellantur ejusmodi, quae tam procuratores quam *Plenipotentiarios* significet,” nihilominus eos Plenipotentiarios esse contendit¹⁾.

Sive autem tantum usu illa Plenipotentia legatorum invaluisse, sive nondum per totam regionem illa potestatis legatorum mutatio introducta esset, quidquid est, Princeps Guilielmus IV. a. 1748 d. 21 m. Dec. scitum decrevit, sub nomine *Reglement Reformatoir*, quo constitu-

¹⁾ Hedensdaagse Regtgeleerdh. B. IV. Cap. 6. § 13 de Jure Civitatis. Lib. I. c. 37. p. 289. « Sed non hac in re sola contingit, ut mutatis rebus, nomina maneant. Olim, cum legati ad comitia res majoris momenti referre debebant ad delegantes suos, aliterque acta decretaque eorum non valerent, re vera nihil erant quam Procuratores et mandatarii; sed postquam libera potestas iis est data, statuendi quod e Republ. videatur, sine relatione ad committentes suos faciendā, sine ratihabitione eorundem exspectanda, facti sunt vere ἀνυπεύθυνοι et *Plenipotentiarii*.

tum est delegatis in futurum , nulla de re ad delegantes , referendum esse, vel ut dicit *a Burmania* ¹⁾ , eos sine restrictione, *sonder ruggespraak*, commissum iri.

Tenendum est tamen delegatos nil circa fundamentalia suo arbitrio mutare potuisse; at quoties tale quid necesse videretur, id populi ipsius decisioni submitti solebat ²⁾.

Verba jurisjurandi a delegatis praestandi sic se habebant :

« Dat zij 's Lands Privilegien , Handvesten , Gerechtigheden en oude loslijke Kostumen , bijzonder het Reglement Reformatoir van Z. Hoogheid , zullen voorstaan en defendeeren; alle des gemeene Lands zaaken met raad en daad helpen bevorderen, daar in adviseren en besluiten , zoo als zij luiden naar hun verstand en rechte geweeten , ten gemeenen beste en welvaren , bevinden zullen te dienen , zonder affectie , gunst of ongunst ; alle Ordonnantien en Resolutien van de Staten , de Commissien en Lasten , hun staatswijze aanbevolen , naar hun vermogen en weetenschap , getrouwelijk na te komen , en te doen nakomen ; en voorts geheim te zullen houden alle zaaken , in de vergaderinge der Staten

¹⁾ I. l. p. 225. Vid. etiam Tegenwoordige Staat der verenigde Nederlanden *Friesland* , t. IV. p. 17.

²⁾ Vid Huber , I. l. p. 287.

gehandeld of besloten, die bevolen zullen worden geheim te houden, zonder die te openbaaren.”

Tandem pervenimus ad Hollandiam. Jam ab antiquissimo tempore comites, regum Francorum exemplo, solebant nobiles convocare eosque consulere de multis rebus civitatem spectantibus. Sensim sensimque urbes potentiores etiam illorum conventuum, (qui¹⁾ Placita vocabantur) una cum nobilibus participes factae sunt. In Hollandia et Zelandia hoc sub Florentio V. primum obtinuisse videtur. Anno scil. 1281 in pacto de nuptiis filiae comitis cum regis Angliae filio, *Nobiles homines et communitates bonarum villarum memorantur*²⁾.

Post caudem Florentii a. 1299 comitiis a Johanne ab Avesnes convocatis, pactum initum est ad ulciscendam mortem Principis, cui subscripterunt: «de Scepenen, Raetsmannen, ende alle die ghemene Poorters van Dordrecht, van Middelburgh, van Ziericzee, van Leyden, van Delft, van Haerlem, van Alkemaere, ende van Sinte Geertruydenberghe»³⁾.

¹⁾ Placitum, ita dictum quod convocabantur quando principi placeret. Cf. v. Hees.

²⁾ Cf. Mieris, Ch. bk. I. 413. Rendorp, *de Origine et pot. O. sub com. Holl.* p. 35.

³⁾ Mieris, I. p. 612. Wagenaar, Vaderl. Hist., III. p. 130.

Comitibus Wilhelmo III. et IV. regnantibus, comitia frequentius et majori ordine haberri coeperunt, iisque tam nobiles quam urbes interfuerunt¹⁾.

Ita v. c. a. 1305 convenerunt Hagam Comitum, ad decidendum num quidam incolae Kennemariae (Kennemerland) tributa solverent nec ne, — et saepius ob lites dirimendas foedera pangenda similesve causas. Postea, occasione tumultuum Hoeksiorum Kabeljaviorumque, cum magna pars civium aegre ferret a muliere regnari, Margareta, ad animos sibi conciliandos, egregia privilegia²⁾ Hollandis concessit, et promisit se sine nobilium et urbium consensu, extra comitatum³⁾ bellum non esse gesturam. Willemus V. a. 1349, solemni pacto se obstrinxit, sine consensu nobilium urbiumque nullam comitatus partem se venditurn vel pignori datum, idemque a. 1351 iteravit⁴⁾.

1) Cf. Mieris, I. I. II. 48, 245, 274, 682. De Jonge, *Verhandeling over den oorsprong etc. des derden Staats*, p. 69, 70.

2) Cf. S. van Leeuwen, *Handv. en Priv. van Rijnland*, bl. 430 seq. 438.

3) Van Leeuwen, bl. 433.

4) Plura de comitiis cum antea tum A. 1351 habitis vid. in opere edito a cons. van den Bergh, *Gedenkstukk. tot opheldering der Nederl. Geschied.* (Leid. 1842) p. 201 sqq. »Manda medame li contesse dessus ditte seu con-

Comitia a. 1364 Gertridisbergae habita, ad item comitis Alberti Bavari cum regina Angliae decidendam, primum nomen *daghvaert* obtinuisse nonnulli censem¹⁾. Usque ad seculum XVI nulla magni momenti in comitiis mutatio locum habuit. Illo vero ineunte duo extiterunt comitia, majora scil. et minora. Illa a comite vel gubernatore congregabantur ad deliberandum de negotiis totius civitatis utilitatem spectantibus; haec vero ab ipsis nobilibus et urbibus conjunctim vel separatim principis permissu instituebantur, ad res privatas et domesticas promovandas²⁾.

selles nobles de ses païs et le conseil de ses boînes villes tant de Haynau, comme de ses autres païs, au mont Sainte Gietrud," cet. — Cf. quoque van Ewyck, Specim. Hist. Jurid. *de primordiis Concilii Status a Carolo V. ordinati* (Traj. 1845) p. 28, 29, 32.

¹⁾ Cf. Wagenaar, l. l. III. p. 303.

²⁾ Illa comitia majora et minora hoc modo in Decretis Ord. Holl. d. 22 Maji a. 1563 distinguuntur: »— Generale beschryvingen van de Staten, die niet geschieden dan in merckelyke saaken van importantie, als van Beeden en diergelycken; — en Dagvaarten over andere loopende saaken, dienende tot beleid van de Processen, en andere diergelycken welke loopende saaken syn, gedaan en gevordert by de Gedeputeerden van de ses Steeden, en eenige Edelen die naast geseeten syn," quae ultima adhuc accuratius alio eorundem Decretorum loco d. 28 Nov. 1564 definiuntur, ubi dicitur minora comitia haberi — »aangaande particuliere loopende saecken die

Ante Carolum V nulla fere distinctio facta est inter urbes majores et minores , illo vero imperante urbes minores fere semper a comitiis¹⁾ exclu-debantur , ita ut inde ab anno 1542 , nisi rarissime Ordinum deliberationibus interfuerint earum delegati²⁾ . Si igitur de Ordinibus Hollandiae , versus finem regiminis comitum agitur , universe nobiles et sex majores urbes iis intelliguntur³⁾ .

dagelyks occurrenten ende spruiten uit alzulcke daghvaer-ten , en Resolutien van dien ; als reeckeningen te hooren , swaarigheden daarin vallende te vuideeren , Processen te vorderen , tegens oppositie van iemandt te voorzien , ende andere dierghelycken.”

1) Justum definire tempus , quo urbes minores comitis abesse coeperint , non auderem ; constat , eas d. 24 m. Jan. a. 1542 a Gubernatrice Maria Hungariae regina , perhibente : »dat de kleine steden hier niet te doen hadden,” a conventu , hoc die Bruxellis habito , exclusas esse. — Cf. Dedel , I. l. p. 48 , 49. — Van Hees , I. l. p. 145.

2) Hac de re unum adhuc documentum attulisse sufficiat . »En heeft den heere van Assendelft , door aangeven van den Advocact , doen beschryven een Daghvaert , van alle de staten mitsgaders van de steden hun generende met de visscherye en koopvaardye.” — v. d. Goes. *Reg. 8 Jul. a. 1547.*

3) Ut v. c. patet ex epistola Philippi II. anni 1558 in qua memorantur : »de Edelen en de ses groote steden van den lande van Hollandt , als representerende de Staten van den selven Lande.” — Cf. Adr. v. d. Goes , Register

Quod ad Ordinum potestatem attinet, animad-
vertendum, eos generaliter illa aetate non parti-
cipes fuisse jurium primariorum, legislatoriae
potestatis, creationis magistratum ac Judicum,
supremae jurisdictionis atque juris belli ac pacis,
quae proprie apud principem reseditte demon-
strat van Hees ¹⁾.

Tempore igitur Caroli V, Ordines certum, omnibusque numeris absolutum collegium dele-
gatorum, totum populum reprecentantium effe-
cissee constat ²⁾. Septem suffragiis sententiae nu-
merabantur, quorum primum erat mandatariorum
nobilium, urbium minorum et ruricolarum, sex
reliqua urbium majorum; quae tamen votorum
computatio non impiedebat, quominus nobiles
maximam auctoritatem possiderent, siquidem ur-
bes minores conjunctim majorem onerum partem
ferreabant.

Ne vero quis ex verbis ³⁾ decreti Hollandiae

5—7 Febr. 1558. — Resol. van Holl. 9 Mey 1555. — Wagenaar, I. l. V. 216.

¹⁾ I. l. p. 156 seq. Cf. etiam S. v. Leeuwen, *Batav. Illustr.* fol. 144. Slingelandius, I. l. I. p. 12 seq. Dedel, I. l. p. 5, 6, 11.

²⁾ Cf. Kluit, *Hollandsche Staatsregering*, I. p. 25.

³⁾ »Dat het Collegie van de Staten van allen ouden ty-
den een Collegie gehouden is geweest, geapprobeerd by
Zyne Majesteits voorsaten, daarhy de sacken van den
Lande worden gehandeld en gedirigeerd in respecte van

a. 1564 efficiat, rem pecuniariam, unicam fuisse Ordinum provinciam, cum his verbis comparare juvat defensionem (*vertoog*), anno 1587 publica auctoritate editam, jurum ordinis equitum, nobilium urbiumque Hollandiae et Frisiae Occid. in qua dicitur, imperium harum regionum, ab Ordinibus comitibus fuisse delatum, nec unquam eos bellum declarasse, pacem conclusisse, tributa exegisse, vel de alia re graviori civitatis constitutionem aut statum spectante, disposuisse, sine consilio et consensu nobilium et urbium, i. e. Ordinum¹⁾. Quod documentum quamquam nimis ambitiosum et auctoritatem Ordinum plus aequo efferens, tamen aliquam vim habere potest ad ostendendum Ordines, non ita ut non-nulli contendunt, jurum majesticorum fuisse expertes.

Sic etiam curam rerum navalium (*Admiraliteit*), Ordinibus fuisse mandatam, docet Slingelandius²⁾.

Anno 1572. Ordines partibus magis activis defungi cooperunt, post enim expugnatam Brilam, pars illorum Hagam comitum convenit. Ibique

de belastinge of verlichtinge van de Ingesetenen van dien,
en het gunt daaraan dependeert.” — Resol. Holl. 1564.
d. 13 Dec. p. 72.

¹⁾ Cf. Slingel. l. l. I. p. 9.

²⁾ l. l. I. p. 60.

constituit, principem Arausiacum, loco ducis Albani, gubernatorem assumere. — Qua in re, Ordines legitimae potestatis fines non adeo videbantur egredi, nam Orangius jam a. 1559, idem munus obierat.

Siquidem hucusque conventus Ordinum ab arbitrio comitis pependerant, m. Febr. a. 1573 scitum (*Ordonnantie*) ipsi fecerunt, quo et tempus habendorum conventuum, et ordo in suffragiis emitendis, et jusjurandum a mandatariis praestandum, et multa alia certo modo definiuntur¹⁾.

Inter memoratu dignissima hujus sciti praecpta, primos locos tenent:

Primum, quod de omnibus negotiis majori suffragiorum numero decerneretur, exceptis tributis²⁾, de quo instituto Grotius³⁾. « Ubi de novis vectigalibus disceptatur, valere majoris partis decreta vetat mos, sub principatu haud imprudenter introductus, libertati periculosus, ni pro jure succedant prudentia et publici amor.”

Secundo, quod non consentientibus suffragiis de eadem hacce materia, decisio deferretur prin-

¹⁾ Cf. Kluit, l. l. I. p. 82.

²⁾ Urbes quae tributum recusabant ab eo immunes manebant.

³⁾ Annal. L. 4.

cipi, cum iis sociis Ordinum Hollandiae quos ad hoc eligeret¹⁾).

Tertio, quod unusquisque delegatus praestaret jusjurandum, «'s Lands Privilegien enz. voor te staan, de landszaken met raad en daad te helpen bevorderen; daarin adviseren volgens conscientie, zonder gunst of ongunst tot steden of personen.” cet.²⁾

Ex quo documento patet, mandata delegatum illa tempestate satis lata fuisse, ita ut, privilegiis observatis, libere suffragium ferre iis licuerit.

Tandem eodem hocce scito constitutum est, in futurum Ordines repraesentatum iri a nobilibus et legatis X, nempe IV majorum et VI minorum urbium³⁾, reliquae autem urbes minores tum tantum legatos mitterent, quum vel convo-

1) Cf. Slingel. I. I. p. 109, 110.

2) Cf. Grotius, Apolog. I. p. 8. — Kluit, I. I. I. 82. — Sling. I. I. I. 114. Idem ex verbis defensionis anni 1587 supra laudatae liquet: »ende boven dien syn de Gecommitteerden gedurende 't Oorloge, (overmits de menichvuldigheyt van de occurrentien) altydt generalyck gelast geweest, omme alle saecken, de welvaert ende conservatie van den staet van den landen betreffende, te adviseren ende resolveren, sulcks syluyden ten meesten dienst van den lande bevinden te behooren.” Cf. S. v. Leeuwen, I. I. p. 631.

3) Cf. Bor, VII. fol. 7.

catae fuissent, vel sua privata commoda defendenda haberent¹⁾.

Hoc scitum m. Febr. a. 1574 vim legis accepit, postquam cum collegiis municipalibus (*Vroedschappen*), in quaque urbe communicatum fuerat.

Eodem illo anno, ut legatos mitterent urbes minores rogatae sunt, eo consilio, ut deliberatio institueretur de obtinenda conciliatione cum rege, siquidem deficientibus Amstelodamo et Harlemo, quatuor reliquae urbes majores, rem in se suscipere non audebant²⁾.

Illa opportunitate, introducta est nova divisio suffragiorum, nempe in quinque partes, cui anno sequenti alia nempe tripartita accessit, quae valeret quoties Hollandiae et Zelandiae Ordines convenirent, cui ultimo conventuum generi nomen Ordinum Generalium datum fuisse Kluitio videtur³⁾.

Illa autem pax cum rege frustra tentata est, quo circa auditis committentibus, nempe collegiis municipalibus, nobiles et urbes Hollandiae foedus inierunt, quo de imperio principi Arausiaco

¹⁾ Vid. Art. XVI. defensionis laud. ap. v. Leeuwen, l.l. p. 633, — »tot welcken eynde is gebeurt, dat vele van de kleyne steden, immers alle de gene die zulcks begeert hebben, inde Vergadering van de Staten, vrye sessie ende stemme is gegunt.”

²⁾ Cf. Sling. l.l. I. 47.

³⁾ l.l. I. 95.

deferendo, usque ad bellum exactum, conve-
nerunt.

Videmus igitur legatos, etiamsi mandata latis-
sima haberent, quoties de re majoris momenti
ageretur, committentium sententiam rogasse¹⁾.

Huic foederi mox m. Aprili 1576 aliud ejusdem
generis inter Zelandiam et Hollandiam successit,
ad quod eodem modo committentium probatio
quaesita est²⁾.

Post illam delationém imperii, Ordines in plu-
rimis negotiis, non nisi sententiam consultati-
vam (*adviserende stem*) habuisse videntur, —
foedere vero Gandavi icto, Nov. 1576, mox
administratio rei pecuniariae, bonorum civitatis
(*de domeinen*) et tributorum, iis in principiis
absentia relicta est.

At conventus collegii sine ordine habebantur,
nam scitum anni 1574 non amplius observabatur.
Ita tempus et locus conventuum, numerus lega-
torum eorumque ordo in suffragiis ferendis, at-
que praecipue modus decernendi in discrepantia

1) Hoc ex eadem defensione supra laud. a. 1587 patet:
» als omme eenige merkelycke saecken te heraetslagen,
van noode is deselve te vergaderen, so worden die by
den collegien in deliberatie geleyt, en daerop afgesonden
Gecommitteerden met alsulcke last ende resolutie, als sy
beyinden ten dienste van den Lande te behooren.” Cf.
van Leeuwen, l. l. p. 633.

2) Cf. Resol. v. Holl. a. 1576, fol. 240.

sententiarum, contestationibus innumeris ansam praecebat.

De nonnullis quidem harum rerum aliquid statutum est, de reliquis autem et praecipue de ratione componendi controversias inter socios congruere sententiae nequierunt ante annum 1581, quo d. 17 m. Martii novum scitum conditum fuit, ex quo liquet, potestatem Ordinum jam tum multum creuisse.

Ex Artº Iº nobiles et urbes de re pecuniaria, de mutatione formae regiminis, de pace et bello, et de multis aliis rebus deliberare debebant, quae hucusque ab eorum suffragio non pependerant¹⁾.

Haec major Ordinum potestas verisimiliter prudentiae civili principis Guilielmi, quam indulgentiam vocat Kluitius, tribui debet.

Artº IIº Collegium Ordinum proprie ita vocatum, quod quotidie conveniret, constituebatur e nobilibus et legatis XIV urbium, dum

Artº IIIº cavetur ut tertio quoque mense Ordines totius provinciae, ipsae urbes minores, convenirent²⁾.

Art. XI et XII materiae tributorum, hucusque exceptae a rebus, quae maximo suffragiorum numero decidebantur, addita sunt — *Tractaaten*

¹⁾ Cf. Kluit, l.l. I. 222.

²⁾ Idem, l.l. I. p. 232.

van Vreede, Oorlog, of verandering van Regeering ¹).

Porro articulo sciti praecedentis, quo rerum dubiarum decisio principi cum nonnullis sociis Ordinum Hollandiae relinquebatur, additum est, illi licere quosdam ex consilio suo privato (*Raad nevens Zijne Excellentie*) legatorum loco eligere.

Jam vero quod ad potestatem ipsius Ordinum collegii attinet, eam magis nomine quam facto constitisse ex eo effici potest, quod nullum aliquius momenti decretum secutum sit, nisi post accepta hac de re committentium mandata — qui mandantes ut diximus nulli alii erant quam collegia municipalia, penes quac, secundum Metelerkampium ²), residebat vis imperii.

Ad talia mandata obtinenda, omnia majoris momenti negotia cum singulis urbibus communicabantur, et ab iis petebatur, ut statuto die, legatos potestate agendi munitos mitterent.

Hoc idem anno 1580. factum est ³), ubi de ejurando Philippo et duce Alenconio assumendo, agendum erat. Illa opportunitate sententia collegiorum plebejorum, quibus intelligimus ge-

1) Cf. Slingel., I. I. I. 109. — Metelerkamp, *Het voormalig aloud Staats-Stadhoudertlyk en Stedelijk bestuur van Holland etc.*, p. 225.

2) I. l. p. 191—279.

3) Cf. Resol. v. Holl., April 1580, f. 56, et eodem 1 Jul.

*meentens, schutterijen, gilden, non rogata est*¹⁾.

Tales vero consultaciones quodammodo a voluntate magistratum municipalium pependisse, nec semper valde necessariae habitae esse videntur. Quod ab illo inde tempore, usque ad sacculi superioris exitum, plebis sententia in Hollandia non rogata sit, inde explicandum, quod quisque civium quasi pacto obstrictus haberetur, adsentire decretis magistratus urbani, sive collegiorum municipalium, totum populum repraesentantium²⁾.

Operae pretium me facturum existimo, si hoc loco breviter exponam, quomodo primaeva illa regiminis forma democratica in aristocraticam mutata sit. Originem et incrementa Aristocratie latere in paucorum magnopere auctis divitiis³⁾, uti et in aliorum majori prudentia civili, in numero civium quotidie crescente, quo conaciones difficiliores fiebant, tandem in necessitate, qua erant fabri, perpetuo manuum labore vitae sustentandae, nemo credo infitias ibit.

Hae igitur causae effecerunt, ut sensim sen-

1) Cf. Bor, XXIII. p. 95. Kluit, l.l. I. p. 247. Metelerkamp, l.l. p. 289.

2) Cf. Kluit, l.l. I. p. 248 et 254. Montesquieu, Espr. d. Loix, XI. c. 6.

3) Cf. Kluit, l.l. IV. p. 166 seq., p. 175 seq.

simque ditiorum tantum et sapientium, ut vocabantur, sententiae a scabinis et consilio municipali (*de Raed*), in omni re majoris momenti, rogarentur. Sic v. c. in fastis Roterodamensibus anni 1348¹⁾ legimus: « *Wij Schout, Schepenen ende Raed — dat wij met goedduncken onser Vroedschap ende Rijkheid,* » — dum hucusque omnia magni momenti decreta, nomine scabiorum, consilii et civium (*Gemeene Poorteren*) fieri solebant²⁾. Quod etiam in nonnullis urbibus diu post observatum esse patet ex relatis a Mieris³⁾.

Sed praeterea nonnullis in urbibus cura magistratum creandorum, saltem initio saeculi XV, ditioribus civium mandata erat⁴⁾.

¹⁾ Vid. Lois, *Beschrijving van Rotterdam*.

²⁾ Cf. Mieris, l. l. I. p. 612. II. 693, 699. III. 217, 522. IV. 67, 394.

³⁾ l. l. I. p. 485, 796 cet. III. 475. *Handv. v. Leyden*, bl. 469. *Dienstb. v. Leyden*, bl. 40.

⁴⁾ Cf. Velius, *Chron. v. Hoorn*, (uitg. v. 1740) p. 577. »De Stads oude Privilegiën, gegeven by Hertog Jan van Beyeren in 't jaar 1422, houden, dat alle Burgers, die 10 pond Schots hebben of daer en boven, of die tot 250 Nobelen gegoed zyn, of daer en boven, te Lote, of (zoo wy nu seggen) te Boon sullen gaen op de verkiesing van de Magistraten.« Eosdem cives, auctor l. l. p. 578, vocat »van de rykste en beste van de stad, en het voorname carrel van de Burgery.« Cf. etiam Mieris, l. l. IV. p. 652.

Collegia autem illa municipalia, quae nomine *Vroedschap* insignita sunt, aequo antiquam ac urbes habuisse originem, ut nonnulli perhibuerunt, falsam esse sententiam ostendit Kluitius¹⁾.

Anno 1372, secundum auctores operis, cui titulus *Grondwettige Herstelling* cet²⁾, prima Dordraci vestigia istiusmodi collegii occurunt, quod initio XII membris (*goede Luiden van Twaalve*) constabat, anno autem 1385 ad VIII viros redactum fuit³⁾. Ad illud collegium constitendum, ex corumdem auctorum sententia, a Decanis Gildarum XXIV viri nominabantur, e quibus comes VIII eligebat.

Anno 1428 Philippus Burgundus privilegium Harlemo dedit, quo civibus concedebatur LXXX *goede mannen* uter alinge *Gemeente* eligere, quibus Burgimagistrorum creandorum cura mandaretur⁴⁾. Item a. 1445 Delfis collegium permanens idem princeps constitui jussit, tum ad magistratus creandos, tum ad sententiam ferendam de multis negotiis urbis commoda spectantibus; « die Vroedschap ende Ryckdom van der stede zullen mogen kiesen, bij haaren cede, die sy daartoe oirbaarlyk doen sullen, veertig perso-

¹⁾ I. I. IV. p. 174.

²⁾ *Grondwettige Herstelling van Nederlands Staatswezen* cet., p. 55.

³⁾ Cf. Mieris, I. I. III. p. 420.

⁴⁾ *Privil. v. Haarlem*, bl. 89.

nen, die ryckste, eerbaerste, notabelste en vredelijkste, van wat conditie ende staet die zijn, om geroepen te wesen in alle der voorsz. stede saken, gelijk die andere van der Vroedschap ende Ryckdom¹⁾."

Plura exempla hic apponere non difficile, proposito meo tamen minus conveniens esse, quam obrem potius de vi, sive momento politico illorum collegiorum quaedam memorare volo.

Pessimum igitur collegiorum municipalium institutio huncce habuit effectum, quod magistratus, qui, ad annum tantum electi, antea metu ne munus amitterent, ad bene eo defungendum excitabantur, nunc omnino curam istam abjicserent, siquidem dicta collegia, eadem ac ipsi habentia commoda, nullas ab iis exigebant rerum rationes²⁾. Huic accedit quod iisdem illis collegiis, quae initio e ditionibus civibus constituta fuerant, postea concessum sit, demortuorum loco nova membra, sine ulla civium consultaione, cooptare³⁾. Ita factum, ut cives omni

¹⁾ Vid. *Groot Plaetboek*, III. p. 533. Simile quid jam ante illud tempus in Gallia obtinuisse certiores fimus, decreto regis Galliae Caroli VI, anni 1414. Cf. Raepsaet, *Histoire des Etats Généraux. Oeuvres compl.* II, § 449, seq.

²⁾ Cf. van Hees van Berkel, *Beschouwing over Geschiedenis en Staatsregt*, cet., Utrecht 1836, p. 82.

³⁾ Cf. van Leeuwen, *Batav. Illust.* I. p. 1412.

rerum administratione exclusi, et videntes in omnibus ditiorum utilitatem respici, nullam amplius civitatis salutis curam gererent, nec ad magistratum decreta observanda, iisque contra comitis dominationem auxilium praestandum parati essent. Quin nonnullis in urbibus, tanta fuit in magistratus plebis invidia et contumacia, ut illos munere privaret¹⁾. Quae turbac ad comitis potestatem augendam non parum attulerunt.

Inito autem bello cum rege Hispaniae, premente necessitate, civium sententiae magis ratio haberi coepit, ut ex multis documentis illius temporis patet²⁾. At non diu illae consultationes civium in usu manserunt, magistratus enim, verentes ne nimia fieret illorum potestas et arrogantia, minore facta rerum angustia, illos denuo ab omni negotiorum publicorum deliberatione arcere instituerunt, cuius rei documento est notabile decretum 23 Martii 1581 sic si habens:

«dat voortaan geene Steden des gemeenen Lands zaken in beraadslaging sullen mogen leggen met eenige, het zy Bestgestaatste, Schutteryen, Gilden of anderen, als by eenige steden tot andere tyden is gedaan, maar alleenlyk met den geenen, des vanouds be-

¹⁾ Cf. van Hees, I. I. p. 79.

²⁾ Cf. Utrechts Placaatboek, I. p. 35.

*hoorende, ten ware met voorgaande gemeene bewilliging van de Staten*¹⁾.

Mortuo Guilielmo, quum pleraequa res, quam illi decisio relinquebatur, nunc incertae manarent, novum scitum m. Febr. 1585 fecerunt Ordines, quo primo loco huic malo subvenire voluerunt, eo modo: ut decisio quaestionis controversae deferretur arbitris ab ipsis dissentientibus ad hoc eligendis²⁾). Huic tamen rogationi Amstelodamum et Gouda tum demum adhaeserunt, ubi materiis quae non maximo suffragiorum numero submitterentur adjuncta fuerunt: *Summum imperium, Dei cultus, et tributa ordinaria et extraordinaria*³⁾.

Postquam sic per duos fere annos res gravissimi momenti in eodem statu incerto manserant, m. Jan. 1586 constitutum est, ut ea tributa extraordinaria Reip. defensioni necessaria, de quibus non consentirent suffragia, vel a majori Ordinum parte, vel a Principe Nassavio cum non nullis e consilio Hollandiae penderent, — quod prudens decretum post annum vim amisit nec renovatum est.

Anno 1588 quidem simile quid constitutum est de modo quo tributa et vectigalia exigerentur

¹⁾ Cf. Metelerkamp, I. l. p. 223. Kluit, II. I. p. 264.

²⁾ Cf. Sling., II. I. p. 112.

³⁾ Resol. v. Holl., 12 Mart. 1585.

(omtrent het in train brengen der middelen), de quibus suffragia consensissent, at hoc vix lenimentum, ne dicam remedium tali morbo dici poterat.

Per se jam patet imperium ita destitutum vigore et energia, neutquam aptum fuisse ad magna consilia celeriter capienda taliaque decreta opportune emitenda, quae forsan huic illive urbi minus grata, minus convenientia, toti vero civitati conduxisserent. Constat talem constitutionem in republica, composita ex pluribus civitatibus, nil valere ad harmoniam amicitiamque colendam.

Omnia igitur vaga et incerta manebant longisque deliberationibus tempus terebatur, opportunitatesque civitati consulendi praetermittebantur. Mirum profecto videtur majores nostros tanta obstinatione tam perniciosis (quod et iis ipsis videbatur) ¹⁾ institutis inhaesisse; cuius rei origo quaerenda est in metu duplici, cum ne Gubernatoris auctoritas nimia fieret, tum ne communi utilitati privata, i. e. singularum urbium commoda cederent; nec prorsus errare mihi videor contendens hic aliquid etiam invidiae esse tribueendum, quod et Celeb. Brougham statuit dicens ²⁾: « this (the liberum veto) was intro-

¹⁾ Cf. Resol. Holl. 18 Febr. 1588.

²⁾ *Political Philosophy*, t. III. p. 21.

duced by the jealousy common to all democracies." Quam inconsideratus, immo ineptus fuerit ille metus exposuit Slingelandius ¹⁾.

Sed praeter illud vitium et alias erat defectus in regiminis constitutione, isque gravissimus.

Nempe, quum huicque Ordinum collegium ipsum, quoties res ipsi majoris momenti appareret, statuisset sententiam committentium esse quaerendam, scito d. 19 Febr. anni 1585 constitutum est, ut de omnibus negotiis, ob quae collegium convocaretur (*zaken van beschryving*), a mandatis recedere non liceret ²⁾, dum cetera i. e. stante conventu occurrentia sive repentina (*de voorvallende zaken*) libero eorum suffragio relinquerentur ³⁾.

Ita, ut animadvertisit Slingelandius, ansa data est aeternis inutilibusque deliberationibus, — sed praecipue ad privata universae civitatis commodis anteferenda ⁴⁾.

¹⁾ I. I. I. p. 161.

²⁾ »*Zulks zyluiden by heure Principalen zullen zyn gelast, — ten ware dat eenige Gedeputeerden waren verbonden, tot consent van hunne Principalen*»

³⁾ Vid. verba Jurisjurandi ap. Slingelandium, I. I. I. p. 114, et Metelerkamp, I. I. p. 251. Cf. et Grotius, *Annal. lib. V. p. 152*, »mole negotiorum et periculo cunctationis repertum est, legatos mittere cum liberis mandatis."

⁴⁾ Cf. Kluit, I. I. II. 41.

Scitum illud adhuc valebat tempore Slingelandii¹⁾.

Hic disquisitioni historicae de Ordinibus Hollandiae, quae praeter modum crevisse non falso judicetur, finem impono; restat ut quaedam de Ordinibus Generalibus Belgii Foederati in medium proferam. Originem Ordinum Gen. juste in indicare difficile est, falsam autem eorum opinionem dicere non dubitamus, statuentium tempore Caroli V. id Collegium ortum esse, si quidem authenticis documentis constat jam medio saeculo XV. conventus Ordinum Generalium habitos esse²⁾.

Sed quidquid est, scimus Ordinum potentiam vagam et exiguum per totum Saeculum XV. et magnam partem XVIⁱ mansisse, ita ut principis voluntati cedere fere semper cogerentur.

Quod etiam ex variis efficere licet argumentis, exinde nempe: quod nullum proprio constituerent corpus in civitate; quod non iis liceret convenire, nec tempore definito nec quando vellet, verum solummodo *ex potestate absoluta Imperatoris* (ut ajebat Gubernatrix Maria Hungariae) convocarentur³⁾; tum praecipue, ex iis

¹⁾ Cf. Sling., I. I. I. 106.

²⁾ Cf. Gachard, *Lettre à Mess. les Questeurs de la Chambre des Représentants*, Brux. 1841, qui primum conventum anni 1465 memorat.

³⁾ Cf. Dedel, I. I. p. 50.

quae locum habuerant in conventu 27 Martii 1537, ubi regina Gubernatrix, quum videret Ordines cunctari et nihil concludere¹⁾, ipsa, propter instans periculum, modum subsidia obtinendi proposuit, atque rem diremit.

Auctoritas Ordinum Gen. initio saltem eadem fuit atque Ordinum unius provinciae, nec aliud quid facere poterant, quam concedere vel recusare subsidia et precarias.

Anno 1555 mutatio haecce in conventu Ordinum accedit, ut, quum hucusque gregatim convenissent in certum locum diversarum provinciarum Ordines, eo anno Hollandia, Zelandia, aliae delegatos auctoritate praeditos (*Gedeputeerden van de Staten*) ad conventum Generalem mitterent, qui secundum Cons. Dedel²⁾, auditis propositis, extemplo consentire possent³⁾.

Hollandia autem et Zelandia tum maxime quum de utriusque civitatis commodis agendum esset, delegatos ad illos conventus misisse videntur⁴⁾.

¹⁾ Cf. van der Goes, *Regist.* I. p. 276.

²⁾ Cf. Dedel, l. l. p. 61.

³⁾ Peculiari tamen mandato opus fuit Ordinum deputatis, occasione delati, a Carolo V. imperii 13 Oct. 1555. »Is by de voorzegde Gedeputeerden gepasseert de voorschrevene Procuratie, omme by deselve den Koningh van Engelandt te mogen ontfangen ende Eedt doen.“ cet. Cf. van der Goes.

⁴⁾ Cf. Dedel, l. l. p. 84.

Parva illa Ordinum auctoritas, exorto bello ci-
vili, tam celeriter crevit, ut, mortuo Requesenio,
a. 1576, primae Reip. administrandae partes pe-
nes illos fuerint, et anno sequenti summam re-
rum nomine regis exercuerint¹⁾.

Ab anno 1576 usque ad 1585, foedus Gan-
davense fuit basis deliberationum Ordinum Gen.,
ab eo inde anno, reconciliatis cum rege Belgis
meridionalibus, foedus Ultrajectinum.

Quoniam vero non facile, nisi de rebus gra-
vissimis agi deberet, totum collegium convenie-
bat, institutum est ut nonnulla membra com-
mitterentur ad quotidiana et subita peragenda,
et ad collegium convocandum quoties necesse
videretur.

Ab anno autem 1593 conventus collegii Or-
dinum Generalium perpetuus factus est, cum
propter molem negotiorum, tum studio peregrini-
nos a rerum administratione quantum fieri pos-
set arcendi, nam hoc modo multa ab Ordinibus
constitui poterant, quae alioquin concilio status
deferre oportuisset, in quo inde ab anno 1585
Angli sedem habebant³⁾.

Quod ad auctoritatem Ord. Gen., inita unione
Trajectina, attinet, non negandum eam pro

¹⁾ Bor, I. XII. fol. 8. Dedel, I. I. p. 71 et 88.

²⁾ Cf. Resol. 9 Jan. 1580. Slingel., I. I. II. 156—160.

³⁾ Cf. Slingel., I. I. p. 199.

parte tantum in eorum conventu resedisse, si quidem legati mandatarii erant, quibus mandati fines transgredi non licebat.

Clare hoc enuntiatur in responso Ordinum archiduci Mattheiae dato, quum iis proponeret leges ferendas de religione, *hebben verklaert dat sy hen niet en vonden geauthoriseert om daerop resolutie te neemen, ende dat zy van advise waren, dat ten dien fine de voorschreven poincten souden worden gesonden aan hare Meesters, in elcke provincie, om daarop te resolveeren*¹⁾.

Ita etiam legimus in Decretis Hollandiae, delegatis ad Ordines Generales mandatum esse: — «*op de pointen van het laatste Reces, mitsgaders op de voorvallende saaken te besoigneren, adviseeren, en helpen resolveeren* (N. B.) *volgende de Resolutien,*” by de Staten «*daarop genoomen, en nog te neemen, en voorts gelyk zy luiden ten meesten dienste van den Lande, en vordering van de gemeene saake, sullen bevinden te behooren*”²⁾.

Illa mandata, quae tunc temporis adhuc satis lata erant, labente aetate angustiora facta sunt, ita ut tandem de nulla fere re cum in pace tum

1) Cf. Bor, I. XII. fol. 40.

2) Cf. Resol. v. Holl., 29 Apr. 1581, 9 Febr. 1583, 6 Mey 1593.

in bello decisio sumi posset, nisi legati de ea ad committentes retulissent.

Saepius ut huic perniciose instituto medela afferretur conatus facti sunt, sed Ordinibus provinciarum non persuaderi potuit, ut mandata delegatis latiora darent¹⁾.

Auctore Slingelandio, concilium status a. 1716 omnino necessarium censebat Reipubl. saluti, ut legati plena decernendi potestate muniti ad conventum Ordinum mitterentur²⁾.

Exhibit Slingelandius Catalogum negotiorum, de quibus Ordines sine mandato statuere poterant.

Primum in censem veniunt literae patentes (*Patenten*), quibus Ordines, nisi quando gubernator Republicae praeerat, milites ab uno loco in alium mittebant iisque ad tales expeditiones utebantur, quales praesenti rerum statui oportunas censebant.

Magna autem prudentis illius instituti efficacia amittebatur abusu quodam notabili, nempe nunquam tale Ord. Gen. decretum valuisse, nisi ratum esset habitum ab Ordinibus Provinciarum,

¹⁾ Cf. Resol. O. Gen. 23 Sept., 7 Oct., 13, 15, 16 et 19 Dec. 1580, et Resol. Holl. d. 14 et 17 Dec. 1580, 22 Maji et 25 Nov. 1581. — Nota parum fructuosa magni concilii a. 1651 tentamina.

²⁾ Cf. Slingel. I. I. I. p. 179 seq.

quarum milites spectaret¹⁾. Ea ratihabitio instrumento quodam (*attache*) significari solebat. Illa auctoritas singularum civitatum in rei militaris administratione praecepue tribuenda videtur vitirosae rationi tributorum solvendorum²⁾.

Secundo loco memoranda cura belli et militiae (dispositie in saaken en over het volk van oorlog), qua in re nullo scito (*instructie*) Ordinum potestatem esse temperatam, magnum erat malum.

Tertio, cura ut foedera et pacta observarentur. Ipsae vero de ineundis foederibus deliberationes, ab unanimo Provinciarum consensu pendentes³⁾, quot ac quantis difficultatibus ansam dederint, testis est omnis fere Reipublicae Foederatae historia. Memorasse sufficiat inducias duodecennales, quibus diu obstitit Zelandia; inducias viennales a. 1684 et controversias cum urbe Amstelodamo, quarum pleni sunt commentarii comitis

¹⁾ Cf. *Nederlands Staatsgebreken en derzelver Geneesmiddelen*, 1797. p. 33.

²⁾ Cf. Nederl. S. G. p. 34.

³⁾ Cf. Art. IX Unionis Trajectinae. Cf. Rendorp, *Memoriën*, II. p. 305. »Holland, Zeeland en Utrecht stemden er in toe den 10 Junij, Friesland den 14, Overijssel en Stad en Lande den 15 daaraanvolgende, en 't besluit werd ook op dezen dag genomen, alhoewel Gelderland verzocht als nog ongelast, dat het mogt worden uitgesteld.“ Cf. p. 273, 292, 293 seq.

d'Avaux; accessionem ad Foedus armatae neutralitatis a. 1781; pacem Parisinam a. 1784; tandem post longas molestasque ambages conclusionem. cet.¹⁾.

Denique res judiciales, quantum attinet regiones bello adquisitas (*Generaliteits landen*).

Missa autem illa historica disquisitione, nunc jam ipsam quaestionem mandati aggrediamur, et videamus, quaenam Sententiae virorum, cum politicorum tum doctorum, in patria nostra hac de re fuerint.

Belgio nostro illud institutum mandata legatis dandi magnum attulisse detrimentum, nemo negabit, qui cogitaverit iis magnam partem esse tribuendas aeternas illas inutilesque deliberationes, quae imperium enervabant. — « Want soo lang als alle de Leeden » (sunt verba Slingelandii)²⁾ « van eene Vergadering, waarin geen overstemming plaats heeft, het zij in het geheel, of omtrent de voornaame pointen van deliberatie, verpligt zijn bij cede om in haar advisen niets anders voor oogen te hebben als het gemeene beste, met uitsluiting van alle andere insigten, kunnen deselve gemeenlijk door wisseling van redenen en door onderlinge persuasie gebragt

1) Cf. Kluit, *Iets over den laatsten Engelschen Oorlog*, p. 132, 135, 192, 195.

2) I. I: I. 114.

worden tot eenparige besluiten. Maar wanneer de Leeden van een sodanige Vergadering ontslaagen worden van de verpligting tot het bedoelen van een en hetzelve oogmerk in alle haar advisen, en in tegendeel, geautoriseert worden, om te volgen de last van haare respective principaalen, welke principaalen niet alleen ieder in den haare afsonderlijk delibereeren, sonder ooit saamen te koomen als door Gedeputeerden met een bepaalde last, maar meenigmaal strijdende insigten hebben, is het ten uiterste difficiel, te koomen tot eenparige besluiten, en veel nodiger als anders, aan de submissie der verschillen plaats te geeven.”

Praeterea his ipsis mandatis secundum Kluitium¹⁾ effectum est, ut collegiorum municipalium, quorum potestas iam non exigua erat, auctoritas magis etiam cresceret, quo simul et eorum arrogantia summum culmen attigit, atque aequitas, nec minus prudentiae civilis praecepta non raro neglecta sunt.

Exemplo illius superbiae ac fastus sit eloquium Ordinum Zelandiae, quorum plerique erant magistratus municipales, anni 1733, «dat aan het recht van de opperste macht of het zoogenaamde Dominium eminens, niet alleen de personen maar ook de goederen aller onderdanen onderworpen

¹⁾ I. I. II. p. 42.

waren, en generalijk zonder eenige uitzondering, alle het gunst in het ligchaam van den Staat gevonden wordt”¹).

Ita et jure carpit Idsinga magistratus urbanos: «welke zich souverainen verbeelden te zijn”²).

Idem ab E. Luzac confirmatur his verbis: «dat zij zich van magistraten tot souvereintjes opwerpen; dat zij van de steden onafhankelijke Republieckjes willen maken.” Idem asserit secundum nonnullorum sententiam, Ordines sive congregatos sive non, omnia jubere posse, quae vellent, atque cives obedientiam passivam illis debere, — immo Ordinibus licere, quum id necessarium ducerent, huic vel illi jura et privilegia adimere³).

Sane mandata illa non unica causa istius lubidinis et arrogantiae fuerunt, verum enim vero

¹⁾ Cf. Idsinga, *Het Staatsrecht der vereenigde Nederlanden*, II. p. 172. (1765). — Aliud exemplum e medio Saeculo XVII, exhibet de Brune, *De grondsteen van een vaste Regeeringe*, cet. — »ten komt den volcke niet toe, in deze heymenis van staet haar sinnen in te dringen.” — »De Overheidt is niet comptabel aan de Gemeynte. Godt de Heere moet de reeckeninge opnemen.” cet. Cf. Cons. van der Linden, *Themis* 1845, p. 317.

²⁾ I. l. II. p. 159, 177.

³⁾ Cf. Vryaarts, *Brieyen*, 7^e St. p. 84, 9^e St. p. 20, 21, 26 seq. Vir. Cl. Vreede, *De Regering en de Natië sedert 1672—1795*, p. 87, 88.

ea multum attulisse ad augendam dominationem urbanam, non immerito affirmare mihi videor.

Vidimus regiminis Aristocratici abusum; at mandati theoria argumentis regimis Democratici non destituitur; sic mira est convenientia illius instituti eum doctrina Thomae Paynii¹⁾ scribentis:

«Summum imperium (*souvereiniteit*) in gremio populi residere, hunc autem voluntatum discrepantia impetuumque violentia non aptum esse, qui suis commodis ipse prospiciat, quam ob causam quibusdam ab illo ad tempus definitum electis viris supremae potestatis exercitium tradi debet, qui omnia, quae civitati utilia judicent, proprio Marte statuere possint.”

Quodsi teneamus, libera Republica, unamquamque urbem proprium collegium municipale habuisse, in quod summi imperii exercitium translatum fuisse censebatur²⁾, singulasque quasi sui

¹⁾ Discrimen theoriae Th. Paynii, Rossavii et Vatellii, indicat Kluitius, l.l. IV. 21 sq.

²⁾ Quamvis, post dicta superfluum videri possit plura de illa translatione dicere, tamen non facere possum quin verba historici nostri Wagenaar hic apponam, »De Staten der Gewesten bestaan niet in de Gemachtigden ter Staats-Vergadering, maar in het gansche ligchaam der Edelen en Steden; — de Edelen worden vertoond en vervangen door den beschreven Adel, en de Steden door de raden of Vroedschappen, — uit welken een of meer Gemachtigden ter dagvaart gezonden worden. En dese Edelen en Ge-

Juris effecisse civitates, patefiet, quare legati, et ad Ordines provinciales et ad generales, mandata acceperint, a quibus recedere iis non licet. Hi enim legati mittebantur, quia molestum, quin absurdum fuisset, universa collegia toties congregari. Accedit, quod collegiorum illorum institutioni frequentes illi conventus repugnassent, quippe quae, et interna et externa urbis comoda, una cum totius Reipublicae utilitatibus curanda haberent, quod ob continuam fere absentiam facere non potuissent. Collegia igitur domi deliberabant, atque sententiam cum Ordinibus per delegatos communicabant. Hoc modo summac potestatis exercitium revera in quoque collegio manebat, quod amisisset, si legatis plena libertas deliberandi concessa fuisset.

Verum praeterquam quod mandata tam restricta perniciosos, quos vidimus, facile habeant effectus, minime illa cum regiminis forma repraesentativa

machtigden der Steden *vertoonen*, vergaderd zijnde, de Staten." Vaderl. Hist. VIII. p. 337.

¹⁾ Cf. Brougham, *Political Philosophy*, III. p. 33. »The essence of Representation, then, is that the power of the people should be parted with, and given over, for a limited period, to the deputy chosen by the people, and that he should perform that part in the government which, but for this transfer, would have been performed by the people themselves.»

congruere, nunc ostendere conabor. Quae est enim necessitudo committentes inter et legatos? Quid populi repraesentatio? Delata populi potestas in legatos, quos ipse ad tempus elegerit, quique ejus imaginem referant, ejus personam sustineant. Si nunc legato detur mandatum, a quo ei ne latum unguem deflectere liceat, talis potestatis delatio proprie non obtinet, caret mandatarius necessaria dicendi et agendi libertate, fit instrumentum, quo utuntur committentes. Externa quidem forma regiminis repraesentativi servatur, natura deëst. Nec quidquam refert, utrum electiones directae sint an indirectae, utrum regimen sit aristocraticum an aristo-democraticum.

Secundo loco, proposito quo talis legatorum coetus constituitur, mandata restricta repugnare videntur. Is enim, ni fallor, talis institutionis est finis, ut omnia tam privata quam communia commoda sincero animo aperiantur; diversae sententiae enuntientur, atque disceptationibus et deliberationibus habitis pateat, quantum quemque sententiam mutare vel temperare oporteat, ut totius civitatis saluti optime consulatur. Quidnam vero utilitatis exinde nasci potest, si legato non liceat, in alterius sententiam pedibus ire, vel saltem a sua aliquantum deflectere? — Nihil tum aliud legato faciendum relinquitur, quam mandatum cum conventu communicare,

ea quae paeleguntur adnotare atque audita ad committentes referre. Et quid sibi vellet, ad istud opus, quod ne minimam quidem peritiam, nec doctrinam exigit viros eligi, honestate, ingenio et consummata experientia conspicuos?

Non a re duco, ad meam sententiam firmandam nonnullorum politicorum recentiorum acutissimorum verba referre.

Sic v. c. illustris magnaenque sagacitatis femina, de Staël Holstein¹⁾, loquens de Ordinibus Galliae a. 1789 congregatis: «Vouloir contraindre de nos jours les députés,” inquit, «à ne s'écarte en rien des cahiers rédigés dans leurs baillages, c'était faire des états-généraux, une réunion d'hommes, qui auraient eu seulement le droit de déposer des pétitions sur la table. En vain la discussion les eut-elle éclairés, puisqu'il ne leur était permis de rien changer, aux injonctions qu'ils avaient reçues d'avance.”

In conventu delegatorum (*Assemblée Nationale*), d. 7. Julii a. 1789, oratio habita est de arguento nostro a viro celeberrimo Talleyrand Périgord, qui mandata restricta impugnavit et inter alia haec dixit²⁾: «Ces mandats impératifs n'ont pas pu, suivant les vrais principes, être

¹⁾ *Considérations sur les principaux évènements de la Révolution Française*, Liège 1818. I. p. 174 seq.

²⁾ Cf. *Réimpression du Moniteur a. 1789*, t. I. p. 131.

donnés par les bailliages ; un bailliage n'a pas pu dire à son député : « Je vous ordonne de manifester telle opinion , lorsque telle question sera agitée.” Car pourquoi envoie-t-il un député ? C'est certainement pour délibérer pour concourir ; or, il est impossible de délibérer lorsqu'on a une opinion forcée. De plus le bailliage ne peut savoir avec certitude lui-même, qu'elle serait son opinion après que la question aurait été librement discutée par tous les autres bailliages ; il ne peut donc l'arrêter d'avance ; enfin , et c'est ce qui constitue les députés véritablement représentants , c'est aux bailliages à leur marquer le but , à leur déterminer la fin ; c'est à eux à choisir la route à combiner librement les moyens^{1).}”

Eandem opinionem , juris publici Anglorum principiis consentaneam , defendit Custance²⁾ :

« Une fois élu , le député est chargé des

1) Alias mandati difficultates recenset Mounier, apud La Fayette : — » Les cahiers nobles voulaient qu'on délibérait *par ordre* les cahiers des communes *par tête*.” De quibus difficultatibus tollendis haec addit La Fayette : » Il paraît que Mounier aurait désiré que le roi tranchât la question , malgré le respect pour les cahiers.” Cf. Mémoires du Général La Fayette , publiés par sa famille , II. p. 30.

2) Tableau de la Constitution du royaume d'Angle-terre , traduit de l'Anglais. Paris 1817, p. 60.

intérêts de tout le royaume, et il ne doit pas renfermer sa conduite parlementaire dans le cercle des vues et avantages du comté, de la ville ou de l'université qui l'a choisi: il n'y a point de maxime plus contraire à la constitution, que celle en vertu de laquelle un membre serait obligé de voter dans toutes les questions, conformément aux instructions de ses commettants¹⁾; car, pour ne rien dire des délais qu'entraînerait souvent la nécessité de les consulter, il est manifeste qu'en l'élisant, ils lui ont transmis tout ce qu'ils avoient de sagesse et de puissance législative, pour en user dans les différentes occasions, suivant qu'il le jugera convenable. — Ceci paraît évident par les termes mêmes du writ de convocation, lesquels portent que le représentant, doit aider le roi de ses conseils dans l'assemblée générale de la nation, *touchant certaines affaires difficiles et urgentes, concernant le roi et la défense du royaume et de l'Eglise d'Angleterre*²⁾.

¹⁾ Non quidem tenetur delegatus committentes consulere, nec tamen facultate consulendi caret, censente J. C. Blackstone. » And therefore he is not bound, — to consult with, or take the advice of his constituents, upon any particular point, unless he himself thinks it proper or prudent so to do. » Cf. *Commentaries on the Laws of England*. I. (1813) p. 172.

²⁾ *De communi consilio super negotiis quibusdam ar-*

Cette formule montre incontestablement, que les committans ne doivent pas envoyer leurs députés, seulement pour leurs propres intérêts, mais aussi pour l'utilité publique. Supposons donc qu'une *de ces affaires urgentes et difficiles*, soit en discussion dans la chambre des communes, et que vers la fin des débats, un membre vienne à se lever et à prendre la parole pour dire : « Monsieur l'Orateur ¹⁾ , j'approuve beaucoup la mesure actuellement en délibération, convaincu par les sages raisons que je viens d'entendre, qu'elle ne peut être qu'extrêmement salutaire à tout le royaume en général, et à mes committans en particulier ; je regrette donc de me voir forcé par leurs instructions positives ²⁾ ,

duis et urgentibus, Regem, statum et defensionem Regni Angliae et Ecclesiae Anglicanae concernentibus. Blackstone, I. l. p. 177.

1) In Anglia praescs parlamenti vocatur *speaker*.

2) Talis constitutionis, de qua loquitur Custance, incommoda perspiciens, Ludovicus XVI. in specimine conciliationis, quam tentabat, d. 23 m. Junii a. 1789 sequentia edicebat Art. III: »Le roi casse et annulle, — les restrictions de pouvoir, qui en gênant la liberté des députés — les empêcheraient d'adopter les formes de délibération». cet. Art. VI. Dans les tenues suivantes sa majesté, ne souffrira pas que les cahiers ou les mandats puissent jamais être considérés comme impératifs; ils ne doivent être que de simples instructions confiées à la

de voter contre, et je le regrete d'autant plus, que je ne doute point que s'ils avaient été ici pour entendre la discussion, ils ne m'eussent chargé d'appuyer la motion." — *O rem ridiculam, Cato, et jocosam!* Dans le vrai, conçoit on rien de plus ridicule ou de plus absurde?"

Ita quoque Vir praeclarus Guizot, anno praecedenti, mandata regiminis formae repraesentativae contraria esse affirmavit, his verbis¹): «Si le député arrive à la chambre avec les mains liées, avec l'obligation de voter de telle ou telle façon dans tel ou tel cas déterminé, alors à quoi sert la discussion ? à quoi sert la lumière qui doit toujours jaillir du débat, du choc des opinions et des principes ? Le député n'a plus qu'à fermer les yeux et les oreilles ; et le gouvernement parlementaire, c'est à dire le gouvernement par la parole, par la controverse, par la persuasion n'est plus qu'un mot vide de sens²).»

Tandem videamus quid de quaestione nostra, Auctor Adnotationis ad Leg. Imp. judicet :

conscience et à la libre opinion des députés." ect. (Declaration du Roi concernant la présente tenue des états Généraux).

1) Vid. *Journal des Débats*, 1 Sept. 1846.

2) Cf. etiam *Geschiedk. Overzigt v. het Ned. Verkiez.-Stelsel*, (Utrecht 1840) p. 28 seq.

«Een lastbrief kan aan den afgevaardigde ter algemeene vertegenwoordiging, niet worden gegeven, zonder dat het provinciaal of plaatselijk kiescollegie, over de algemeene landszaken raadpleegt, en besluit. Doet het dit, dan gaat het zijn wezen, de eigenaardige grenzen zijner bevoegdheid, te buiten. Wat blijft er voor de algemeene vertegenwoordiging overig? Hare taak wordt buiten haar verrigt”¹⁾.

Supra locuti sumus de ratione mittendi legatos ad comitia, quae fere usque ad exitum saeculi XVIII in patria nostra viguit; pauca nunc animadverte liceat, de iis quae hac in re mutata sunt, et inde ab illo tempore invaluerunt. In Ordinum Gen. Reip. Batavae scito d. 21 Jan. 1796 cui titulus: *Reglement volgens hetwelk eene algemeene Nationale Vergadering door het volk van Nederland zal worden bij een geroepen en werkzaam zijn*, art. 76, non modo necessitas mandati limitati non agnoscebatur, verum etiam legati totum populum repraesentare, neque ab una provincia mitti, intelligebantur^{2).}

Sic etiam art. 31. Legis Imperii anni 1798 statuebat: *Geen lid van dit* (het vertegenwoor-

¹⁾ Cf. Cl. Thorbecke, *Aant. op de G. W.* art. 85.

²⁾ Quod ad Hollandiam hoc jam anno 1795 m. Martio constitutum erat. Cf. Rogge, *Tafereel van de geschiedenis der jongste Omwenteling*, cet. (1796) p. 348 seq.

digend) ligchaam, vertegenwoordigt immer eenig afzonderlijk gedeelte des volks, noch ontvangt eenen bijzonderen lastbrief.

Idem placitum in Const. anni 1805 art. 24 ita exprimebatur: *De ledē der Vergadering van H. H. M. brengen hoofdelijk hunne stem uit, zonder eenigen last te ontvangen van, of ruggespraak te houden met, hun Departement.*

Constitutione a. 1806 art. 56. Legibus Imp. a. 1814 art. 62 et a. 1815 art. 85 idem fere praecipitur.

His igitur cautionibus satisfactum est votis ac monitis prudentissimorum in Republ. virorum cum apud nos, tum apud exterros. Verum, quum vis atque efficacia conventus Ordinum restitutae sint, ab altera parte necessarium judicatum est, libertatem istam legatis concessam quodammodo definire.

Hanc ob causam constitutum, nullas mutatio-nes in Lege Imp. fieri posse, nisi duplex numerus delegatorum adsit, qui ad hoc ab Ordinibus Provinciarum acceperint mandatum ¹⁾.

¹⁾ Cf. Art. 227. Grondwet v. 1815. »In geval in het vervolg eenige verandering of bijvoeging in de Grondwet noodig mogte zijn, moet deze noodzakelijkheid bij eene wet verklaard, en de verandering of bijvoeging zelve, duidelijk aangewezen en uitgedrukt worden.“

Art. 228. »Deze wet wordt aan de Staten der pro-

Mirum videtur hoc principium, in art. 57 Leg. Imp. non observatum esse ¹⁾.

Jam Metelerkampius censebat ²⁾: « dat indien uit hoofde van eenen ongelukkigen en rampspoedigen oorlog de Staat tot dat uiterste geraakte, dat zij genoodzaakt wierd tot het aangaan van alliantien, of het sluiten van eenen vrede, waarbij men genoodzaakt wierd tot het afstaan van aanmerkelijke en essentielle territoriale bezittingen, of grensvestingen van den lande, ten koste van het goed en bloed der ingezetenen verkegen, en dus met recht hun eigendom, dat als dan de geheele natie in wier boczem, om met Burlamaqui te spreken, la semence de la souverainité, of het zaad en grondbeginsel der souverainiteit virtualiter berust, alvorens daarover zoude behoren te worden geraadpleegd.”

Quae viri Grav. verba, tristi historiae patriae

vincien gezonden, welke —— aan de gewone leden der Tweede Kamer van de Staten Gen. een gelijk getal buitengewone toevoegen, die op dezelfde wijze als de gewone benoemd worden.”

Eadem duplicatio numeri delegatorum praescribitur quando de successione Regis, item quando de interregno (*Regentschap*) agendum est. Cf. art. 23, 24, 26, art. 43, 45.

¹⁾ Cf. Thorbecke, ad h. art.

²⁾ I.l. p. 346.

exemplo a. 1807 et a. 1810, non parum momenti acceperunt. Etenim Lex Imperii anni 1806 nil de cessione partis territorii statuebat, quo factum ut, sine ulla ordinaria vel extraordinaria convocatione delegatorum, a rege Ludovico, cum fratre Napoleonte pacto inito, primum Flissinga, deinde Zelandia, Brabantia et pars Gelriae, Galliae concessa sint¹⁾.

Memoria divulsarum a regno nostro regionum Belgicarum, a. 1839 vi foederis, secundum Legem Imp., sine ullo extraordinario Ordinum coetu rati habiti, nimis recens est, ut inutile vel praeposterum a quoquam iudicetur statuere, talem casum submittendum esse deliberationibus comitiorum extra ordinem constitutorum. Tales generales populi consultationes habitae sunt a. 1795, tum aliis locis, tum praecipue de foedere cum Republica Gallica icto, in urbe Zierizea; annis vero 1797, 1798, 1801, 1805, per totam Reuplicam quum populi suffragium de nova regimini forma rogatum est²⁾.

¹⁾ Cf. Roëll, *Verslag van hetgeen ter gelegenheid van het verblijf des Konings van Holland te Parijs — is voorgevallen*. Bosscha, *Gesch. der Staatsomwent. in Nederl.* I. Aant. en Bijl. p. 36.

²⁾ Vid. *Volledige Verzameling der Publicatiën etc.* v. 22 Aug. 1801—15 Junij 1802, Tom. IX, No. 269. Van de Poll, *Verzameling van Vaderlandsche Wetten*

Qua propter non immerito videtur reprehendi posse, quod a. 1806 extraordinarius coetus, dictus *Groot Besogne*, suo Marte de quaestione mutandae regiminis formae decisionem ceperit, atque id ne unanimo quidem suffragio, sed tribus collegii membris, in quibus erat Magnus Consiliarius Schimmelpenninck, populum consuli oportere censemibus¹⁾.

Talemque arbitrariam decisionem minime cum ipsis collegii mente congruisse, percipitur ex mandato, quod, legatis hanc ob rem Lutetiam missis, dedit, in quo haec verba legimus: «Dat de Commissie aan het Fransche Gouvernement bij de Conferentiën deswegens te houden

en besluiten etc. p. 93 (1798) pag. 205 (1801) pag. 280 (1805). Vid. Rogge, *Gesch. d. Omw.* p. 267, 283, 544. Groen van Prinsterer, *Handboek der Geschied. van het Vaderland*, p. 1129.

1) Idem agnoverat Concilium Legislatorium (*het Wetgevend Lijghaam*) d. 5 Apr. 1806: »De leden der Vergadering van H. H. M. volkomen gevoelende, dat noch de Raad-pensionaris, noch zij in hunne qualiteit bevoegd waren, om enige verandering in de Staatsregeling te maken.” Deinde ipse coetus extraordinarius (*Groot Besogne*) censuerat, de specimine Legis Imperii populi sententiam esse rogandam: »om aan het Groot-Besogne te worden medegedeeld, en vervolgens — aan de Sanctie der Natie onderworpen.” Vid. J. R. Schimmelpenninck *en eenige gebeurtenissen van zynen tijd*, p. 173, 181.

behoort te doen gevoelen, dat de finale beslissing op het developpement der denkbeelden van Zijne Keizerlijke Koninglijke Majestetit, waarnaar zij gelast is te vernemen, steeds blijft een voorwerp van de beslissing van het Bataafsche volk¹⁾.”

Haec populi consultatio, hac opportunitate, si unquam, cum sententia Metelerkampii²⁾ plane convenisset, dicentis summam potestatem in gremio populi residere, qui ea tamen uti non debat, nisi extrema urgente necessitate.

Loco igitur talis universi populi consultationis, Lege Fund. qua hodie regimur constitutum est, quoties de mutanda ipsa illa lege instituenda sit deliberatio, numerum legatorum Secundae (i. e. illius, quae proprie populum repraesentare dici possit) Camerae duplicatum iri.

1) Cf. van Kampen, *Gesch. v. de Fransche Heersch. in Europa*, IV. p. 546. Bosscha, I Aant. en Bijl. p. 23. Schimmelpenninck, I. l. II. 171 seq.

2) I. l. p. 374 §. 156 seq. »Dat de volstrekte onbepaalde en onafhankelijke Souveraine oppermagt werkelijk en onverdeeld berust en huisvest, in den boezem van de vrije stemgerechtigde In- en Welgeborenen van den Lande, welke daarvan geen ander gebruik kunnen en vermogen te maken, dan alleen in de grootste, zwaarwigtigste en buitengewoonste gevallen, waarvan de gansche vernietiging of ondergang van het Gemeenebest afhangt, of waarin de oorspronkelijke staatsgesteldheid gevaar loopt.“

Quibusnam nominibus illud praeceptum cum Juris Publ. principiis congruat, non inquiram, theoretica autem disquisitione seposita, ex eventuum recordatione et praesenti civitatis conditio-
tione satis effici potest, huic Legi Fundamentalis, quamvis non tanta atque praecedenti saeculo, notabilia tamen inhaerere vitia et defectus.

Sic e. g., quum olim potestas delegatorum nimis liimitata esset, hodierna institutio mandato prorsus destituta, alio coque contrario vitio laborare videtur, nec parvi facienda verba Ampl. Groen van Prinsterer¹⁾: « de Tweede Kamer staat tot de Natie veel te weinig in wezenlijk en blijvend verband; » et alio loco, de introducta a. 1814 regiminis forma loquens, idem queritur: « Geene ware Volksvertegenwoording, die uit de Natie gesproten, in haar geworteld door Kiesregt en lastgeving met haar in onafscheidelijk en duurzaam verband stond²⁾. Huic malo subvenire vult auctor, suadens mutandum esse modum, quo delegati eligi solent, eo quidem nomine ut magis populare fiat institutum; porro opinatur, danda esse mandata, quibus delegatorum potestati limites quidam praescribantur.

Cf. *Bijdrage tot herziening der Grondwet*, p. 105.

²⁾ Cf. *Handb. § 977*, vid. etiam *Beginselen van Nederlandsch Staatsbestuur*, p. 64 seq.

Cum hoc conveniunt verba auctoris cuiusdam, qui scribebat initio rerum conversionis, quae a. 1795 in Patria nostra accidit: «dat de vergadering der committenten de magt behoorde, van aan hunne Representanten des goedvindende een last ter hand te stellen, maar die niet strijdig mag wezen tegens eenige vastgestelde Grondwetten van staat, of bevorens geproclameerde wetten. Doch hoedanig de last mogt wezen, nimmer zou dezelve zooverre mogen gaan van de zaak in Deliberatie *over te neemen*; dit was juist het schadelijke hierin van het voorig bestuur, en waarmede men dikwijs de heilzaamste voorstellen wist aan den Spijker der Eeuwigheid te hangen”¹⁾.

Profecto, nullis limitibus definita delegatorum potestas, quam perniciosos aliquoties civitati habuerit effectus, historiam magistrum habemus.

Memorabile est dictum prudentissimi Burleigh relatum a JCto Blackstone: «that England could never be ruined but by a parliament;» cuius periculi consci Angli plures adhibuerunt cautions, constituto dupli censu, cum ratione eligentium delegatos, tum circa eos, qui in co-

¹⁾ Cf. C. Zillezen, *Wijsgereig onderzoek wegens Nederlands ophomst, bloei en welvaart ect.*, Amst. 1796, p. 283 seq.

mitius populum ad tempus repraesentent vel repraesentare prohibeantur¹⁾.

Revera, quamquam justum modum, quo vinculum inter committentes et delegatos arctius adstringatur perpetuoque servetur, definire difficile sit, tamen aliquo praesidio opus esse quis neget?

Minime alienum mihi videtur verba hic referre Raepsaeti²⁾, viri cuius in condenda lege Fundamentalis anni 1815 non exiguae fuerunt partes: — « On a de la peine à ne pas voir un être composé d'élémens contradictoires dans un représentant non responsable; et les auteurs de ce système ne sont ils pas en contradiction avec eux-mêmes, lorsqu'à côté de cette maxime, ils placent celle de la responsabilité des ministres? La non-responsabilité des représentans est une invention des démagogues; et cependant elle est toute à l'avantage des rois, comme l'expérience le prouve. »

Articulum 84³⁾ Leg. Fund. non satis efficacem cautionem continere⁴⁾, ex eo efficere licet,

¹⁾ Cf. *Commentaries on the Laws of England*, p. 182, 183.

²⁾ Cf. *Hist. des Etats Généraux et Provenciaux des Gaules*, Vol. II. *Oeuvres compl.* p. 147.

³⁾ De leden dezer Kamer hebben zitting gedurende drie jaren.

⁴⁾ De Tweede Kamer is bij de tegenwoordige zamen-

quod saepissime omnem vim suam amittat; imprimis tum, cum sedes in Ordinum collegio gradus instar habetur ad majorem obtinendam dignitatem¹⁾.

Et ubinam est certitudo, legatum toto animo commodis committentium consulturum esse, ubi vel inopia rei familiaris, vel ambitione in munere suo duci se patiatur²⁾? Quod num recentiori aetate apud nos acciderit, non affirmare audem; num vero locum habere possit, ea de re, spectata humana imbecillitate, vix dubitare licet.

Ne igitur Respublica cedat privatis cupiditatibus, dudum sanxerunt Angli, Franci, alii, delegatos populi, quum consecuti sint munus addito honorario, sedem in comitiis amittere, donec nova electione illam recuperaverint³⁾.

stelling een Regeringskollegie, waarin men gewoonlijk voor het leven zitting neemt, doch waarin men voor den vorm, om de drie jaren wordt ingekozen. *Beginsele
v. N. Stbest.*, p. 67.

1) Huius illustre exemplum exhibet comitis Strafford [Thomae Wentworth,] historia, qui, illecebris aulae captus, causam populariem deseruit. Cf. Guizot, *Hist. de la Revol. d'Anglet.*, Vol. I.

2) Cf. ad h. I. Mohl, *Das Staatsrecht d. Königgr. Württemberg*, I. 482, 483. Alison, *Hist. of Europe from the commencement of the French Revolution*, I. (chap. III) p. 99—102.

3) Hoc institutum valet in Anglia iude ab a. 1706.

Quid enim? Munus a Principe defertur delegato, quo sine dubio hic magnopere illi devincitur¹⁾. Nonne igitur fieri possit, ut aliquando grati animi sensus aliquam vim in suffragium emittendum exerceat?

An igitur ratio sic habebitur boni illius publici, quod delegato perpetuo ob oculos versari debet, neglectis privatis utilitatibus? Sed quid longius. Haec attigisse satis habeo; non tamen negligenda videntur, quae exteri hoc ipso tempore ineunt

Cf. Hallam, *Hist. Const. de l'Angleterre*, t. IV. chap. 15, p. 388, t. V. chap. 16, p. 92 seq. in Gallia inde ab a. 1830 d. 12 m. Septembris. Cf. Jollivet, *Examen du système électoral Anglais comparé au syst. élect. Français*, p. 140.

Charta Franc. Art. 69 N°. 3. »La réélection des députés promus à des fonctions publiques salariées.«

Code Electoral. Art. 64. »Il y a incompatibilité entre les fonctions de député, et celles de préfet, sous-préfet, de receveurs-généraux.« cet. Cf. quoque Mohl, I. I. I. p. 487, 493.

Const. Belge. Art. 136. »Le membre de l'une ou de l'autre des deux chambres, nommé par le Gouvernement à une emploi salarié, qu'il accepte, cesse immédiatement de siéger, et ne reprend ses fonctions, qu'en vertu d'une nouvelle élection.«

1) Cf. Schmalz, *Staatsverfassung Grossbritanniens*, Halle 1806, p. 126.

consilia, de augendis praesidiis, quibus libertas suffragiorum servetur¹⁾.

1) Cf. *Journal des Débats*, 8 Avril 1847. La question des incompatibilités a bien des fois déjà, depuis 20 ans environ, occupé les deux chambres et sous des formes diverses. D'abord en 1829 Proposition De Conny; en 1830 De Dollon; en 1831 Blondeau; 1833—1839 Gauquier; 1840 Remilly; 1841 Pagès, Manguin; 1842 Ganeron; 1843 De Sade; 1844, 1845 De Rémusat; 1846 (rejet.) 1847 De Rémusat.

TANTUM.

Et quod non potest esse nisi sit in aliis.

Quod non potest esse nisi sit in aliis.
Est enim in aliis, et non potest esse nisi sit in aliis.

Est enim in aliis, et non potest esse nisi sit in aliis.
Est enim in aliis, et non potest esse nisi sit in aliis.

Est enim in aliis, et non potest esse nisi sit in aliis.
Est enim in aliis, et non potest esse nisi sit in aliis.

Est enim in aliis, et non potest esse nisi sit in aliis.
Est enim in aliis, et non potest esse nisi sit in aliis.

Est enim in aliis, et non potest esse nisi sit in aliis.
Est enim in aliis, et non potest esse nisi sit in aliis.

Est enim in aliis, et non potest esse nisi sit in aliis.
Est enim in aliis, et non potest esse nisi sit in aliis.

Est enim in aliis, et non potest esse nisi sit in aliis.
Est enim in aliis, et non potest esse nisi sit in aliis.

THESES.

I.

Partus abactio Jure Romano non , ipsius partus respectu , crimen capitale habitum esse defendimus.

II.

Pignus apud Romanos non est species juris in re.

III.

Valet testamentum publicum, in quo unus ex legatariis testis adhibitus est.

IV.

Verbum *levenmiddelen*, in Art. 1195 C. C. Belg. N°. 5, late est accipiendum et eodem sensu, ac verbum *subsistances*, in Art. 2101 N°. 5. C. Nap.

V.

Matrimonium perfectum est, quam primum magistratus status civilis id declaraverit, quamvis unus conjugum moriatur antequam instrumentum nuptiale subscriperit.

VI.

Si merces, quae in navigatione perierunt, properter culpam magistri in aliam navem translatae fuerant, damnum ad debitorem nautici foeneris pertinet.

VII.

Verba Art. 321 Cod. Merc. *Deze aansprakelijkheid houdt op door den afstand van het schip*, pertinent ad obligationes, cum ex delicto tum etiam ex contractu.

VIII

Acceptans ad solvendum non tenetur, si transantis subscriptio est falsa.

IX.

Errant, qui statuunt nullam legis poenalis interpretationem judici relinquendam esse.

X.

Conatum partus abacti ex Cod. Poen. Gallico puniri defendimus.

XI.

Quamquam Ciceroni (pro Cluentio Cap. 46) assentimur « faciendum est ut metus videlicet ad omnes poena ad paucos perveniat,” tamen poenae sive capitalis sive corporalis irrogationem publicam improbamus.

XII.

Appellandi facultas in causis criminalibus conce lenda videtur.

XIII.

Cautionis in re Criminali a reo praestandae facultas restituenda videtur. Quia in re facimus cum Viro Grav. de Bosch Kemper, in opusculo suo: *Het Wetboek van Strafvordering aan ervaring en wetenschap getoetst.*

XIV.

In Art. 57 L. Imp. principio, quod in Art. 228 agnoscitur, derogari contendimus.

XV.

Kluitio, statuenti mandata delegatorum restricta, et potentiam collegiorum municipalium auxisse, et praesidia libertatis civilis minuisse, adsentimur.
